



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Arch.

15











Arch. 15.

<36622297980010

<36622297980010

Bayer. Staatsbibliothek







N. J. ...

R

**HENR. CANNEGIETER**

**DE GEMMA BENTINCKIANA**

**I T E M**

**DE ISIDE ADTURNACUM INVENTA**


**N E C N O N**

**DE DEA BURORINA,**

**Ad Ampliffimum Virum**

**WILHELMUM PAUW,**

**Supremae Hollandorum, Zelandorum  
et Frisiorum Curiae Senatorem.**



**TRAJECTI ad RHENUM**

**Apud GUILIELM. HENR. KROON,**

**Bibliopolam MDCCLXIV.**

(continued from page 6)

the same time, the fact that the majority of the respondents were male may have influenced their responses.

The authors would like to thank the following people for their assistance in completing this project:

Dr. Robert A. Giacalone, University of North Carolina at Charlotte

Dr. David J. Reardon, University of North Carolina at Charlotte

Dr. John W. Sorenson, University of North Carolina at Charlotte

Dr. William C. Sullivan, University of North Carolina at Charlotte

Dr. Thomas L. Whitham, University of North Carolina at Charlotte

Dr. James H. Zenger, University of North Carolina at Charlotte

Dr. Michael J. Zyglidopoulos, University of North Carolina at Charlotte

Dr. Robert E. Anderson, University of North Carolina at Charlotte

Dr. Charles B. Berman, University of North Carolina at Charlotte

Dr. David R. Brown, University of North Carolina at Charlotte

Dr. John P. Campbell, University of North Carolina at Charlotte

London 21.11.1912

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 84

11-11-1964

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 84

[illegible]

1. *Chlorophyll a* and *Chlorophyll b* were determined by the method of Arar and Collins (1971).

*Journal of Management Studies*, 20(6), 791-806.

[illegible]

Copyright © 2006 John Wiley & Sons, Ltd.

1. *Journal of the American Medical Association*, 1990; 263: 1025-1026.

1. The first step is to identify the problem or question that needs to be answered. This involves understanding the context and the specific requirements of the task.

120 11 13 1238 120 1

100-443887-100

[illegible]

SENATORI AMPLISSIMO

WILHELMO PAUW

S. D.

HENRICUS CANNEGIETER.

*Redit ad Te, VIR AMPLISSIME, quidquid hoc scripti est, quod Tu servatum, ego paene perditum, atque extinctum volebam. Nunc satis habebo, si dignum judicabis, in quo meam in Te observantiam testificer: quae tanta est, quantam Honoris Tui Amplitudo, atque inter bonos Dignitas, Voluntasque in me propensior, nec non Animus Tuus Disciplinis cultissimus requirunt. Singularis atque*



*elegantissimæ Eruditionis Tuas laetissimum habemus auspiciū. Illud si omine novo firmare, et ditissima scrinia Tua referare vales, omnes perspicient, non deesse Tibi Virtutem et lacupletissimas Dotes, quas Litteratus orbis in Viro Summo, CORNELIO BUNKERSHOEKIO, Socero Tuo, fuit admiratus: Quem equidem quoties conspexi, conspexi autem sæpe, imaginem me intueri videbar Titianii Capitonis, quam affabre pingit Plinius ille Caecilius ad Minutianum scribens. Lib. VIII. epist. 12. „Vir est optimus, et inter præcipua sæculi orna-*

„ *menta numerandus. Cetera studia,*  
„ *studiosos amat, fovet, provebit,*  
„ *multorumque, qui aliqua compo-*  
„ *nunt, portus, sinus, praemium,*  
„ *omnium exemplum, ipsarum deni-*  
„ *que litterarum jam senescentium*  
„ *reductor ac reformator.*

Quod in hoc scripto, sicuti in cae-  
teris meis Libellis, more Ambulan-  
tiam, nonnunquam ab itinere instituto  
illuc deflexi, quo proximorum loco-  
rum Amaenitas invitabat, Tu facile  
excusabis, similesque Tui; factumque  
existimabis illarum more, quodum eam  
negligentiam imitari mavis, quam isto-

VI.

quum abfcedam diligentiam, qui id  
culpaee tribuunt.


Quod fupereft, Deum rogo, ut Te  
Theuidis Patriae Romanaeque prae-  
clarum Decus, diutiffima fofpitare ve-  
lit, et praefbare felicem. Arnheimiae.

Kal. Octobr. CIO IDCC LXIII.

DE







# DE GEMMA BENTINCKIANA.



uper ad me delatus est liber Gal-  
lice scriptus hoc titulo: *Traité de  
la methode antique de graver en  
pierres fines, par Laurent Natter.*

Cum in eo multa oculos mentemque deti-  
nuerunt, tum praecipue defixit Gemma Il-  
lustrissimi Comitis Bentinckii, arte, atque  
intellectu, et argumento praeclara. Artem  
auctor libri, sculptor Regius, praedicat.  
Argumentum nos dicemus, quod singu-  
lare est, ingeniique non vulgaris. Jovem  
ille designari scribit, nec equidem abnuo.  
Non tamen Jovem illum Cretensem aut  
Olympium, aliumve, quem Graecia atque  
Asia coluit, accipio, sed Aegyptium Sera-  
pin, Jovem unum, et unicū Deum,  
quem Aegyptus adorabat, coeli, terrae,  
atque inferorum arbitrum et gubernato-  
rem. Non ergo vulgarem illum Deum,  
quem Ptolemaeus Philadelphus, an Euer-  
getes, visu monitus ex Ponto excivit, Gem-  
ma

A

ma

## 2 DE GEMMA BENTINCKIANA.

ma demonstrat: Verum illum, quem Aegyptii antiquiores coluerunt, & plerique Jovem, rerum omnium potentem dixerunt, quo de Tacitus Historiar. Lib. IV. Cap. 84. Coelum arguit Fulmen et Aquila, Jovis armiger ales, coeli nubila tranare solitus, cui Juppiter custodiam dedit sceptri sui, καὶ προσίεναι, ut est apud Antoninum Liberalem Metamorph. Cap. VI. πρὸς ἑαυτοῦ θρόνον et accedere ad suum solium.

Inspice, quaeso, Gemmam, atque intelliges, quam scito, quam eleganti corporis nisu, ad Jovem adscensum parer Aquila, levato in gressum, foliumque Jovis Serapidis, pede. Tellurem significat modius, frugibus terra natis refertus; Inferos Cerberus. Inferis mare accensendum ex Tartaro, ut quidam opinabantur, ortum. vid. Aristoteles Meteorologicorum Lib. II. Cap. 2. nec non Seneca Naturalium Quaestionum Lib. III. Cap. 5. Non memini, usquam in antiquitate geminum huic, aut simile, tantae potestatis Numinis illius, monumentum me reperisse. Modius in capite ejus, obvius est, et paene perpetuum ejus gestamen. Sed modium, qui fragibus sit repletus, nusquam vidi, nec, credo, iis visum fuisse, qui gestamen illud, non modium, sed situlam interpretantur, Nili Symbolum.

At

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 3

At vero modium illum, frumenti mensuram dicit Porphyrius apud Eusebium in *Demonstratione Euangelica* Lib. III. Pag. 113. ubi multa de Serapide. Quae et causa est, cur nonnulli scriptores Christiani, quorum in numero Clemens Alexandrinus, Rufinus, Suidas, Josephum, frumenti largitorem, Serapidis forma referri crediderint. Macrobius *Saturn.* Lib. I. Cap. 20 Calathum nominat.

Minus frequens est in monumentis Cerberus Serapidis custos, nec frequentior Aquila, quam vix, praeterquam in Gemmis reperiatur. Cerberus conspicitur in hoc cippo, quem Raphael Fabrettus edidit in *Syntagmate Inscriptionum* Cap. VI. Pag. 427.

DEO SERAPI  
M. VIBIVS  
ONESIMVS.  
EX VISV.

Atque in Gemma, nec non in Nummis paucis, quos ibi memorat Fabrettus. Illis addo Gemmam Picolominei apud Causeum in monumentis Romanis Tom. I. Tab. LXIII. Estque illud animal triceps, quod simulacro Serapidis adpictum scribit Ma-

A 2

cro-



#### 4 DE GEMMA BENTINCKIANA.

crobius Saturnalium Libro I. Cap. 20. Ubi de discrimine capitum ea addit, quae instituto ejus, ad solem omnia referentis, aptiora sunt, quam monumentis veterum, in quibus eam diversitatem non animadverti. Plutarchus in libello de Iside et Osiride, Serapin Plutoni similem, imo vero eundem fuisse ostendit. Idem Sinopensibus visus. Vid. Tacitus Historiar. Lib. IV. Cap. 83. Adde iis, quae Eusebius in loco ante nominato.

Aquila expansis alis, hinc illinc victoriam portans, quae coronam defert Serapidi, est in Gemma Jacobi Wildii XX. Gorlaei Tom. I. num. 122. Begeri in Thesauro Brandenburg. Tom. III. Pag. 439. Conspicitur praeterea in Nummis Hadriani, quos habet Guil. du Choul *dans les Religions des anciens Romains*. Pag. 45. Cujusmodi Nummum Pantheum dicit Cl. Nicasius in Dissertatione ad Illustr. Virum Ezechielem Spanhemium Pag. 56.

Fruges, in modio Gemmae Bentinckianae, sunt rotundae, qua forma loti, lentes, fabaeque nonnullae, nec non aliae fruges fuerunt, quibus Aegyptus terrarum omnium foecundissima, abundabat. Lotus frugem habuit ea specie, quam ob similitudinem papaver nuncupat Plinius in *Historia*.

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 5

storia Naturali Lib. XIII. Cap. 17. qui, ut et Dioscorides, papaverum capitibus adsimilat, et panem hinc confici tradit Lib. IV. Cap. 14. Idem de loto arbore Lib. I. Cap. 172. Λωτὸς τὸ δένδρον, φυτὸν ἐστὶν εὐμέγεθες, χάρπον δὲ φέρει μείζονα πεπέρεως, γλυκὺν, βρώσιμον, εὐτόμαχον. *Lotus arbor est vastae magnitudinis, ferens baccam, pipere majorem, dulcem, cibus gratam, stomacho facilem.* Adde Theophrasti Historiam Plantarum Lib. IV. Cap. 10. Praeterea Herodotus Lib. I. Loti Aegyptiae radicem meminit mali magnitudine & forma, praestanti suavitate. Papaver illud, quo manifestius appareat, in calice, atque in medio, soliti artifices veteres folium dimovere, aut detrahare flori ejus. Lotus ex multis monumentis perspicitur, fuit enim communis paene Aegyptiorum Deorum omnium. Nec tamen Lotorum omnium una species & forma: de quibus multa Salmasius in Exercitationibus Piinianis Pag. 685, ut et alibi. Lentesc Poëtis Romanis Pelusiaca dicuntur, quod Pelusii in Aegypto optimae nascebantur. Virgilio Georgic. Lib. I. V. 227.

*Si vero viciamque seres, vilemque  
faselum,  
Nec Pelusiacae curam adspernabere len-  
tis.*

A 3

Ubi

## 6 DE GEMMA BENTINCKIANA.

Ubi consulatur Servius. *Niliacam, Pelusia munera, lentem* praedicat Martialis Lib. XIII. Epigram. 2. Ausonius in Eidyllio de cibis.

*Et Pelusiaco de semine, plana, teres lens.*

Ovidius Fastorum Lib. V. vs. 285.

*Flore semel laeso pereunt viciaeque fabaeque :  
Et pereunt lentes, advena Nile, tuae :*

Plinius Natur. Histor. Lib. XVIII. Cap. 12 duo genera in Aegypto fuisse tradit, alterum rotundius, nigriusque, qui et eodem in loco de faba Aegyptia. Modio Serapidis nonnullae gemmae folia addunt, ut Augustini Part. I. Pag. 1. nec non Part. II. Pag. 4. Begeri in Thesauro Palatino Pag. 29. quae cujusmodi lentis, fabae, plantae aut arboris sint, non vacat nunc indagare. Illam rerum omnium potestatem, quam Gemma Bentinckiana demonstrat, monumenta vetustatis omnia illi Deo vindicant, scripta, sculpta, caelata. Prae caeteris Aristides in oratione *εἰς Σέραπιν*. In qua eum Deum solum pro Jove coli scribit, et quae singula caeteros, ea illum cuncta largiri, quae in coelo, quae in terra, in mari & sub-

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 7

subter terra sunt. Eum unum esse, Deorumque & hominum praesidem. Unde in Gemmis ΕΙC ΖΕΥC ΚΑΡΑΠΙC, *Unus Jupiter Serapis*: quarum unam edidit vir Celeberrimus Petrus Burmannus Secundus in Commentariis ad Anthologiam Poëtarum veterum Latinorum Libr. III. Epigr. 188. similem dedit Michael Angelus Causeus de la Chauffe, in Museo Romano Tom. I. Sect. 1. Fab. 63. quam ut explicaret Vir Doctissimus, nomina ΜΕΓΙCΤΟC ΙCΟC et ΙCΙΑΚΟC est commentus. Litterae in ea gemma pinguius et rudius pictae, nonnullae etiam retrogradae. At vero litteram Ε jacentem, id est Μ, si erigas, ita commodissime leges ΚΑΡΑΠΙC ΕΙC ΖΕΥC vel ΕΙC ΖΕΥC ΚΑΡΑΠΙC. Haesit ad eandem gemmam Illustris quondam Cuperus, qui haec de ea in litteris a *Mr. l'Abbé Bignon* pag. 199. *Je ne comprends rien dans l'Inscription, qui y est aussi, ΚΑΡΑΠΙC ΜΙC ΖΕΥC, les explications, qu'on en donne ne me plaisent point, je ne sçaurois pourtant rien dire de meilleur.* Plures ejusmodi gemmas Serapidis si velis, eas ostendet tibi Bernardus de Montfaucon in Palaeographia Graeca Lib. II. Conspicatus sum eandem inscriptionem in jaspide.

Fuit vetus oraculum Apollinis, cujus



### 8 DE GEMMA BENTINCKIANA.

meminit Julianus in Oratione IV. Pag. 136.

Εἰς Ζεὺς, εἰς Αἰδὼς, εἰς Ἡλῖος ἐστὶ Σάραπις.  
*Serapis unus Juppiter, unus Pluto,  
 unus Sol.*

Nec longe hinc abit C. Oppii votum  
 factum

IOVI

SOLI

SERAPI.

Vid. Fabretti inscript. Cap. VI. n. 107. cui hoc Graecum subjungit Διὶ Ἡλίῳ Σεράπειδι. pertinet huc etiam responsum Serapidis apud Macrobius Saturn. Lib. I. Cap. 20. ut et oraculum de illo Deo, cuius meminit Scaliger ad Eusebii Chronicon ad annum MDCCXXX. et Henricus Valesius in Notis ad Socratis Histor. Eccles. Lib. V. Cap. 17. Et quo magis perspicias causam, cur Cerberus addatur Gemmae Bentinckianae, Aristides scribit in oratione ad Serapin, nec post fata destitui ab eo Deo homines. Est ergo Serapis communis ille Gentium omnium Deus, quem viri sapientiores non sub imagine adorabant, aut oculis cernebant, sed mente sentiebant, vulgus etiam simulacro colebant. Eumque significari  
 pu.

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 9

puto, cum Deum aeternum *et* summum in antiquis monumentis nominant: Quae nomina nostris etiam sacris litteris sunt prodita. Quorsum refero hos lapides, quorum alter Romae, alter ad Wiltenburgum in agro Trajectino inventus. Titulus illi hic est.

### I. O. M. SVMMO EXSVPERANTISSIMO.

Quod est initium ejus. Hunc patrii Scriptores complures dederunt, plerique mutilatum, verum integrum dedit Sponius in miscell. Erud. Antiq. Pag. 73. adde Reinesium Cl. I. 244. Quandoquidem autem Serapis ille, gentium omnium Deus unus erat, nomine tantum diversus (Imo ne nomine quidem, nam et in eo pleraeque gentes consentiebant, nomen uni illi Deo nullum esse, sive quod nominis discrimine non indigebat, utpote solus, sive quod id arcanum erat, et sanctius, quam quod a mortalibus usurpetur. Quare et aliquando existimavi, eo pertinere Jovem Arcanum, de quo feruntur plurimae opiniones, quas collegit Cl. Burmannus ad Anthol. Lib. I. Epig. 80. quem nunc ab Arca Italiae oppido nominatum puto) re tamen idem. Il-

A 5

lam

## 10 DE GEMMA BENTINCKIANA.

lam causam fuisse existimo, cur Samaritani, Judaei, ipsi etiam Christiani, quantumvis numinis sui, et suae religionis tenacissimi, a Serapide minus abhorruerint: qua de re Hadrianus Imperator in epistola ad Servianum Consulem, quam edidit Flavius Vopiscus in Saturnino Cap. 8. In qua epistola etiam illud advertas de Serapide *unus illis Deus est*, quod consentaneum Gemmis, quas paullo ante protuli, in quibus *εἰς Ζεὺς Σάραπης*.

Nullus ignorat, quam diversae sint Doctorum virorum opiniones de illa Hadriani epistola, et quam pauci, qui animum inducunt, Judaeos et Christianos, ut de Samaritanis nihil dicam, Serapin adorasse. Nolo iis obstrepere. Neque hic locus longiorem disputationem, quam res desiderat, admittit. Non puto adorasse eum Judaeos aut sacra ei fecisse victimis immolandis. Non et Christianos id fecisse puto, si ab iis discefferis, quos constat minis et suppliciorum terroribus ad id compulsos fuisse. Fugisse tamen templa, et loca sacra illius Dei aut Judaeos aut Christianos non opinor. Quis Judaeorum sensus fuerit de Communi Deo ex Aristaeae oratione discas, quae est apud Josephum Antiq. Lib. XII. Cap. 2. §. 2. atque in eo libro, qui Aristaeae nomi-

## DE GEMMA BENTINCKIANA. II

mine circumfertur. Quae oratio est ad Ptolemaeum Philadelphum Aegypti Regem, qui caerimonias et auctoritatem novam Jovi Serapidi Alexandriae constituit. Id autem ei persuadet, communem Deum Judaeis Aegyptiisque coli, qui regnum Aegyptiorum gubernet, et leges Judaeis dederit, quem illi Jovem dicant. τὸν γὰρ ἅπαντα συστήσαντον θεόν, καὶ ὅτοι καὶ ἡμεῖς σεβόμεθα, Ζῆνα καλῶντες αὐτὸν ἐτύμως, ἀπὸ τῆς σύμπασι ἐμφάνει τὸ ζῆν, τὴν ἐπίκλησιν αὐτῆ νοήσαντες. *Conditorum enim universitatis Deum et ipsi et nos colimus, familiari sermone Jovem vocantes, indito a vivendo nomine, quod is vitam conferat omnibus.* Quid, quod Judaei frequentes coierunt ad Serapeum Alexandriae, sacri sui codicis caussa (intellige versionem τῶν septuaginta) qui in illo Serapidis templo custodiebatur. De qua re ita Tertullianus in Apologetico. Cap. XVIII. *Ita in Graecum Stilum experto monumenta reliquit* (Ptolemaeus Philadelphus). *Hodie apud Serapeum Ptolemaei bibliothecae cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur. Sed et Judaei palam lectitant. Vestigalis libertas. Vulgo aditur Sabbatis omnibus.* Quam adeundi facultatem ab eo Rege dudum fuerant pacti Judaei. Vid. Josephus Antiquit. Lib. XII. Cap. 2. §. 12.

An

## 12 DE GEMMA BENTINCKIANA.

An idem ille Codex Christianos ad se ad-  
lexerit, tanta corruptissimorum exempla-  
rium copia, de quibus graviter queruntur  
priscae Ecclesiae antistites, prae caeteris  
Augustinus in epistola, quae ad Hierony-  
mum 10, aliis arbitrandum relinquo. Basi-  
lidiani certe, alique Haeretici, quos Ha-  
drianus ex vulgata Paganorum opinione  
Christianis accensebat, frequentarunt Se-  
rapeum, ob honorem et cultum, quem  
Serapidi praestiterunt. Perspicimus eum  
ex hac Cl. Burmanni gemma, cujus su-  
pra meminimus.

EIC ZETC  
CAPAΠIC  
ATIONONOMA  
CABAΩ  
ΦαC  
ANATOLH  
XΘωN

*Id est unus Juppiter Sarapis Sanctum no-  
men Sabao Lux Oriens terra.*

De Christianis hoc porro observandum,  
quanquam ii summae sibi curae habuerunt,  
religionem suam a Paganorum sordibus in-  
tami-

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 13

taminatam fervare, non inter eos tamen defuisse, qui fieri posse credebant, ut cultus eorum, qui unum Deum adorabant, inter utrosque communicaretur, salvis utrorumque ritibus. Certe Constantinus Imperator Christianus (Siquidem inde a victo Maxentio, Christiana Constantini religio arcessitur) et Licinius, Imperator Paganus, opinati fuerunt, in concordiam redigi posse Christianos et Paganos, si unam ambobus summam divinitatem (nomine Dei omisso) colendam praescriberent. Tu lege memorandam eorum constitutionem, quam Lactantius Latine scriptam prodidit de mortibus persecutorum Cap. XLVIII. et Graece Eusebius in Historia Ecclesiastica Lib. X. Cap. 5. Communem illum Deum divinitatem appellant. Unde intelligimus, quae divinitas sit censenda in titulo Arcus triumphalis, quem Constantino in Appia via Senatus Populusque Romanus, mistus hoc tempore ex Christianis Paganisque posuit. Vid. Gruter. Pag. CCLXXXII. n. 2.

IMP.

## 14. DE GEMMA BENTINCKIANA.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO

P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.

QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS  
MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO  
TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS  
FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS  
REM PVBLICAM VLTVS EST ARMIS  
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

Quare nolim eruditissimus Theologus in Institut. Theol. Pag. 974. summam eam divinitatem interpretatus esset, Deos qui sunt in sede coelesti. Hoc etiam adjicio, Christianos libertatem summam adeptos, cum solus et sine consorte imperii regnaret Constantinus, et Episcopis indulgeret, exutaque tolerantia exosos omnem communionem sacrorum gentilium, exosos etiam haereticos, qui Serapin in honore habebant, prae caeteris templis, quae deiciebantur, dirutum voluisse Serapeum. Conati illud excidium sunt Alexandrini Juliano imperante, qui intercessit, peractum vero Valentiniano et Theodosio regnantibus. Vid. Eunapius in Adefii vita et Sozomenus in Histor. Eccles. Lib. VII.

## DE GEMMA BENTINCKIANA. 15

VII. Cap. 15. ubi templum in Ecclesiam conversum scribit. Juliano autem iste Serapis placuit, credo, quod is Philosophorum omnium Deus erat, qui sueti Numen unum colere, et rerum omnium arbitrum. Julianus Serapim τὸν Θεὸν μέγαν, τὸν ἀρίστατον nominat in epist. X. *Deum magnum et Sanctissimum*, cui ipse imperium suum debeat. Quae res induxit eum Imperatorem, ut in nummis suis celebraret illum Deum.

Tandem e longiore diverticulo redeo ad elegantissimam Illustrissimi Comitís Bentinckii Gemmam, cujus causa hoc, quicquid est operae, a me susceptum. Ne quid autem nobis praeteritum esse videatur, dicendum, conspectius in ea Serapidis folium esse, in quo Deus ille residet; conspectius etiam velamen, quo amictus. Id recinium appellabatur, unde reciniatus Juppiter Arnobio dictus. Lib. VII. Pag. 209. Dii modo nudi, modo velati pinguntur, fingunturque. Velaminis forma varia. Fufius id adstrictiusve a capite, aut a cervice, atque ab humeris per dorsum, pectusve sparsum. Solii admirandum spatium et stupendam caelaturam exponit Pausanias in Lacon. Lib. III. Cap. 18. Pag. 256. Ad extremum hoc ad-



## 16 DE GEMMA BENTINCKIANA.

addo ex Plinio Lib. XXXIII. Cap. 3. ejus aetate coepisse viros Harpocratem, et statuas Aegyptiorum in digitis ferre. Quas statuas in digitis gestatas dicat, nisi corporis imagines, quantumvis parvas, quas solas digitus recipit, non video. Isidis et Serapidis sacra diu Romae jactata sunt variis vicibus, modo probata, modo interdicta, quoad tandem Julii Caesaris tempore, templo iis in tertia urbis regione constituto, sunt recepta. Vid. Tertullianus in Apologet. Cap. VI. et Dion Cassius, quod, ut paullo ante ostendimus, dejectum sub imperio Theodosii.

DE

DE I S I D E  
A D  
TURNACUM  
INVENTA.







# D E I S I D E

## A D

# TURNACUM

## I N V E N T A.

**E**mi haud ita pridem effigies tres operis antiqui ex aere, quas miles domo Helvetius, euniculos sub terra agens ad Turnacum Flandriae oppidum, quae olim Galliae Belgicae pars, eruerat. Oppidum Galli nunc *Tournai*, nostrates *Doornik* appellant. Una fuit viri, pingui barba, capillis humeros tangentibus, verticem et frontem pileus operit. Humeros chlamis ambit. Eam fibula sub mento nequit. Ab humeris chlamis ad tergum rejecta, atque inde ad calces descendens, tunicam manicatam, Dalmaticae similem ostendit. Est et altera interior tunica ad pedes demissa. Dextra manu geniculantem hominem, an Deum, praefert. Modulus est digiti medii, quem

B 2

non-

nonnulli impudicum dixerunt. Altera effigies est uncialis, foeminae ad speculum, quod manu tenet, sese comentis, altera manu pectinem capillis admovet. Forma duplex est juncto tergore, pro pedibus anguineae caudae sunt binae, id est utriusque formae duae, flexae, squamis obsitae. Tertia est Isidis, quam vides pictam.

De Iside Dea vix quidquam dicas, quod non dictum fuit prius. Quia vero nonnulla praecipua habet Isis illa, quam ob oculos pono, ea duntaxat dicere decrevi, quae simulacro isti conveniunt. Opportunum certe fuerit Serapidi, quem ante exposui, in hoc libello jungi, quos antiquitas *συνάβας καὶ συνδρόμους* voluit. Nonnulli unum numen censent. Caetera qui de Iside volet, a Laurentio Pignorio, ubi de mensa Isiaca: Gisberto Cupero, ubi de Harpocrate: Joanne Oliva, Rhodigino, ubi de marmore Isiaco, discat.

Facies Isidi nostrae gracilis est, cujus caussam mysticam reddit Pierius Valerianus, in monumentis tamen nonnullis ea probe succulenta. Verticem Luna premit: coma prolixa. Duo crines dorsum flagellant, totidem ad pectus dependent nudum. Crines dico eo significatu, quo Festus senos crines. Non autem illi arte torti, sed  
na-

## AD TURNACUM INVENTA. 21

natura atque ingenio undantes. Reliquum corpus veste amicitur, quam anguis circumvolutus stringit, capite ad uterum pae-  
ne elato. Vestem laciniis multis pendu-  
lam, quae ventrem, et quod infra est, te-  
git, cingulus cöercet, vincto sub humeris  
lemnisco.

Cur Lunam vertice sustentet, nemo quae-  
ret, qui ex libello Plutarchi de Iside atque  
Osiride, nec non ex Apulejo Metamorph.  
Lib. XI. cognovit, Isidem eandem esse  
ac Lunam. Semestrem Lunam in Isidis  
Pompa conspicatus fuit Apulejus. In num-  
mo Domitiani, in quo Isiacus dextra ma-  
nu Persicam, sinistra crucem, sub brachio  
sinistro Lunam gestat, ut acute conjecit  
Obrechtus in Dissertatione de illo Nummo.  
At vero capite gestat in simulacro aeneo,  
quod prodidit Casalius de Profanis Aegy-  
ptiorum et Romanorum Ritibus Cap. 23.  
Fortunae id tribuit Muratorius in Novo  
Thesauro Inscriptionum Pag. LXXII. Si-  
gnum Pantheum nominat Sponius in miscel-  
laneis eruditae antiquitatis Sect. 1. Art. 5.  
Tab. XXXIX. Pag. 19. verum recte Isidi  
vindicat Causeus in Museo Romano Sect.  
2. Tab. XXVII. Eam Isidem ex Apulejo  
Fortunam dicit: non istam praecipitem et  
coecam, quam Poëtae canunt, sed viden-  
tem.



tem. Est et Luna in marmore Ifiaco, ab Oliva edito, quod Romae effossum. Omitto alia, ubi hoc Ovidij dixerō de Iside Metam. Lib. IX. vs. 781.

*Visa Dea est movisse suas, et moverat, aras,  
Et templi tremuere fores, imitataque Lunam,  
Cornua fulserunt.*

Cornutam Deae frontem monumenta veterum multa ostentant, Lunam imitantia.

Coma Deae soluta est, eleganter discriminata, et longe propexa. Philostratus in Epist. 26. Deorum alium alia coma insignem fuisse scribit, Neptunum nigris capillis, Apollinem intonsum, Pana vero coma densa, sed Isin soluta. τὴν Ἴσιν ὡς λυσίκομον. De ea Apulejus Metamorph. Lib. XI. Pag. 258. Edit. Pric. *Primum crines uberrimi proluxique, per divina colla passim dispersi, molliter defluebant.* Adprime ea conveniunt ornatui Isidis nostrae. Habuerunt Numina κοσμήτορας, psecadas et ornatrices. Cujusmodi ministrae nequaquam defluebant pompae Isidis, quam Apulejus describit, memorans eas Pag. 224. quae pectines eburneos ferebant, gestu brachiorum, flexuque digitorum, ornatum atque adpexum crinium regaliū fingentes. Ab ea  
co-

## AD TURNACUM INVENTA. 23

coma nomen inditum frutici, quem *Isidis* *κλόκαμος* dixere Dioscorides, Theophrastus, Plinius. Id quod propterea addo, quia in nummis, gemmis aliisque vetustissimi aevi monumentis, capillis restrictis est, et *σείρας*, non solutis ac fluentibus, sed intortis. Qui utrum proprius Deae comtus sit, an foeminarum, sua imagine *Isin* simulantium, aliorum esto iudicium. De Cleopatra Servius ad Virgilium Aeneid. Lib. VIII. vs. 696. *Cleopatra sibi tantum adsumserat, ut se Isin vellet videri.* Testatur idem Dion Cassius Lib. L. pag. 421. ubi de Antonio et Cleopatra. *συνεγράφετό τε αὐτῇ καὶ συνεπλάττετο, αὐτὸς μὲν, Οσίρις καὶ Διονύσος, ἐκείνη δὲ Σελήνη τε καὶ Ἰσις λέγοντες εἶναι.* Quod verti videas *Osirin se et Dionysium*, (imo vero Bacchum:) *ipsa se Lunam et Isidem scribebant ac fingeant.* Circumferitur et Sabina Hadriani in nummo *Isin* mentitata, si Nicasio credimus de Pantheo Cap 5.

De corona *Isidis*, quae, ut omnia ejus Deae, multiplex fuit, mox plura proferentur. Pectus nudatum ostentat, mammasque exsertas. Apin lactat mamma exserta in ebore musei Carpinei, de quo Fabrettus Inscr. Cap. VII. Pag. 534. Ut caeteris Aegyptiorum Diis, qua de re Herodotus Lib. II. vestis *Isidi* linea fuit. Philostratus

epist. 23. ὁ λεῖς χιτῶν, ὡς ὁ τῆς Ισιδος. *linea tanica, qualis est Isidis.* Purissimum ex lino Diis velamentum adsignat Apulejus in Apologia, ac praecipue Aegyptiis. Idem Bysinam Isidi dat multicolorem. Fuit Byssus pretiosioris notae linum. De colore hoc addit Madaurensis, *nunc albo candore lucidam, nunc croceo flore luteam, nunc roseo rubore flammidam.* Adjicit praeterea *palam nigerrimam, splendescentem, atro nitore.* Plutarchus de Osir. et Iside Cap. 92 causis naturalibus adsignat. Consule porro Bergerum in Thesauro Brandenburg. Tom. I. Pag. 294. Putidum fuerit de lineis Isiacorum, id est sacerdotum, vestibus quidquam adjicere, quos linigeros Poëtae dicunt. Apulejus *linteae vestis candore puro luminosos.*

Anguis perpetuus fere Isidis comes. Nec anguem tantum animadvertas, sed et aspidem et viperam. Verum hui! ais mitissimae Deae ad quid malefica haec animalia? At vero ita mitem eam dico, ut simul fuerit justa, et scelerum ultrix. De aspide Isidi consecrata audi Aelianum de animal. Lib. X. Cap. 31. Τὴν δὲ δέρμυντι ἀσπίδα, ἥ ὄνομα ἔδεντο Αἰγύπτιοι τοῦτο, ἱερὰν εἶναι φασί, καὶ σέβουσιν αὐτὴν οἱ ἐκεῖδι, καὶ τῆς Ισιδος τὰ ἀγάλματα ἀναδύσι ταύτη, ὡς τινι διαθηματι βασιλείᾳ.

λέ-

## AD TURNACUM INVENTA. 25

λέγουσι δὲ αὐτὴν ἐπὶ δηλοῦν τῶν ἀνθρώπων καὶ  
 βλάβῃ μὴ Φῦται. ἐκείνο δὲ τερατεύονται. φέρε-  
 σθαι μὲν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν τῆς δὲ ἀσεβήντας,  
 ἀποκτείνου. Εἰ δὲ ταῦτα ἕως ἔχει, τῷ παντός  
 αἰὶ ἡ δίκη τιμῆσαιτο τὴν δὲ τῇ ἀσπίδα τιμῶσαν  
 αὐτῇ, καὶ ὁρᾶσαν ὑψύτεροι. οἱ δὲ ἐπιλέγουσιν, ὅτι  
 ἡ Ἴσις τοῖς τὰ μέγιστα πλημμελήσασιν ἐπιπέμπει  
 αὐτὴν. *Aspidis genus unum Thermuthin  
 Aegyptii nominant. Hanc sacram esse  
 ajunt, & summa religione colunt. Itaque  
 ea Isidis simulacra, tanquam regio quodam  
 diademate, coronant. Eandem in perni-  
 ciem hominum natam esse negant. Enim-  
 vero comminiscuntur, eam se a probis abs-  
 tinere, contra vero impiis necem inferre.  
 Quod si ita est, justitiam universi dixeris  
 hanc feram honorare, ut quae acrimonia  
 intellectus bonum a malo discernat, et tan-  
 quam illius ministra ac vindex in malos  
 animadvertat. Adjicit Aelianus, Aegyptiis  
 Aspidum genus in sedecim species descri-  
 bi, in sacris autem aedibus Thermuthi  
 ad angulum quemque subterraneam cel-  
 lam fieri, inque ea adipe bubulo pasci.  
 Dubitandum autem non est, eam esse aspi-  
 dem, quae frequens in nummis Aegyptio-  
 rum, gemmisque omnibus, quae ad Isi-  
 dem pertinent, unde ad infana Basilidia-  
 norum monumenta est translata. Formas*  

B 5

ejus

ejus exhibet Illustris Ezechiel Spanhemius de usu et Praestantia Numismatum Pag. 263. et 285. Species autem, quam in Turnacensi imagine intuemur, non aspidi est, sed anguillae propior: Qualis et ea, quam in aliis ejusdem Deae simulacris animadvertimus, brachium, aut manus complexam, et per aras ejus lapsantem. Isiaca serpens fuit de qua Juvenalis Sat. VI. vs. 536.

*Et movisse caput visa est argentea serpens.*

Nec forte falso quis suspicetur, ob similitudinem, eam Anaximandridae anguillam visam, quam in civitatibus Aegyptiis cultam fuisse narrabat, teste Athenaeo Lib. VII. Cap. 13. Serpentis namque id genus est, sed sine noxa. Quales et fuerunt illi, quos ἀγαθὸς Δαίμονας, non suo, sed Graeco vocabulo nominarunt Phoenices, at vero κτήρ nomine Aegyptii; qui tamen in eo diversi, quod Aegyptii artifices accipitris caput addebant in rebus divinis, referente id Philonis Biblîi verbis Eusebio in Praeparatione Evangelica Lib. I. Cap. ult. Pag. 41. Daemones autem illos non detestabili aut monstruosa forma fuisse, qua aliae animantes maleficae, inde arguo, quod nonnulli Romae eos in deliciis habuerunt: in quorum numero Imperator Elagabalus, quo  
de

## AD TURNACUM INVENTA. 27

de Lampridius in ejus vita Cap. XXVIII. *Aegyptios dracunculos Romae habuit, quos illi Agatbodaemonas vocant.* Liceat tamen de corona ex aspide, qua Isidis simulacra redimita dicit Aelianus, hoc addere, nusquam eam in vetustis monumentis ejus Deae, quae plurima ostentantur, conspici. Et si pectus mammis et adipe tumens aspidis illius recordor, quod in nummis conspicuum vid. Spanhemius de usu et praefantia Numismatum pag. 263, et 265, modum desidero capiti redimendo aptum. Oliva in exercitatione ad Marmor Isiacum Cap. 7. Serpentem sive dracunculum significari putat, quem illa Dea capite sustentat, non abhorrentem credo, ab eo, quem Turnacense simulacrum praefert: nisi quod volumine est in modum rotae aut circuli constricto. Nec equidem video, qui redimiri et cingi angue caput dicatur, qui vertice attollitur. Quare discessi aliquando in eam opinionem non corpus Aspidis circa caput fuisse flexum, sed imaginem ejus in diademate textam aut pictam: haud aliter atque factum redimiculis regum Aegyptiorum, de quibus idem Aelianus in historia Animalium Lib. VI. Cap. 38. *ἐνθα τοι καὶ τῆς βασιλεῖς ἀκρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῶν διαδημάτων φορεῖν πεποικιλμένας ἀσπίδας.*  
Id

Id quod de pictis aspidibus accipiunt interpretes Petrus Gillius et Conradus Gesnerus, quod verum puto. Vir Clarissimus Abrahamus Gronovius, non doctrinae gloria, quam humanitate praestantior hoc modo vertit. *Hinc Aegyptiorum Reges in diademate variegatas aspides gerere intellexi.* An et simili modo, id est diademate, cinctam dicemus Jo, de qua Valerius Flaccus Argonaut. Lib. 4. vs. 18.

*Aspide cincta comas, et ovanti persona  
sistro.*

Jo Aegyptiorum Isis credebatur. Per me licet intelligi diadema illud. Si quistamen malit pro *cincta* substituere *vincta*, quae cognata vox est, Thermutin is aspidem designari existimet, quam semel iterumque Bembi mensa Isiaca ostentat, elatam ex vertice Deae. Inspice Tabulam secundam illius mensae, eo in loco, in quo littera S, ubi et vinculum cognosces, quo vertici adnexa. Cognosces praeterea serpentem capite aut ore accipitris, quam Philo Biblius ὄφιν ἱερακόμορφον nominat teste Eusebio in praeparatione Euangel. sub exitu Lib. II. Aspidem eandem, sed suo capite, vide porro in Tab. IX. Nexa ergo aspis et *vincta* fuit eo modo, quo Festus in Fragment-

## AD TURNACUM INVENTA. 29

mento Farnesiano tutulum et vittam flaminicarum innexam scribit crinibus, et extructam in altitudinem. Mitto caetera, si hoc unum adjecero, non abhorruisse me aliquando a voce apside. Videbis enim, si advertas, orbes et circulos in capite Isidis, quorum etiam meminit idem Philo in loco eodem, quos quis non imperite apsidēs nominaverit. De figura aspidis Isiacae id velim ex Apulejo notes. Pag. 247. ubi ansam commemorat urnae, in pompa Isiaca praelatae.

Hoc porro dicendum, comtum, cultum, habitum, formam denique munera et officia, imo et nomina Isidis varia fuisse, multiplicia, et diversa. ΜΥΡΙΟΝΤΑ in lapide antiquo Gruteri LXXXIII. n. 11. proscribitur, nec non in Mabillonii Itinere Germanico Pag. 101. Vere ergo Apulejus in Metamorph. Pag. 241. *Cujus nomen unicum multiformi specie, ritu vario totus veneratur orbis.* Ornatum capitis, de quo nonnulla diximus, et corporis amictum pandit mensa Isiaca, quam edidit, et notis illustravit Laurentius Pignorius. Multa etiam ab aliis tradita, quorum pleraque, cum aliena sunt a nostro instituto, praeterimus hoc loco.

Reliquum ergo nihil est, nisi ut dicamus,



mus, qua via in Galliam Belgicam, atque ad Turnacum pervenerit Isis. Pervenit autem eadem via, atque eadem ratione, qua Romana, atque omnium gentium sacra innotuere Gallis. Id quod factum inde ab eo tempore, quo Gallia patefacta et domita est a Julio Cæsare. Tum enim exercitus Romani, ex omnibus gentibus ac nationibus conscripti, populorum omnium Deos intulerunt. Ea namque religio hominum olim omnium fuit, ut Deos patrios ἀλειτουργούς, et malorum propulsores, secum per quasunque terras circumferrent. Parcius Romæ culta fuit Isis Dea Aegyptia, stante republica, imo semel atque iterum sacra ejus a Senatu fuerunt damnata, Vide Valerium Maximum Lib. I. Cap. 3. in fin. et Tertullianum in Apologetico. Cap. 6. et quæ ex eo Arnobius Pag. 97. caluere tamen illa in urbe, et per provincias sub Imperatoribus, posteaquam illa Dea templa in urbe cum suo Serapide accepit, quæ de re dixi in Commentario ad Gemmam Bentinckianam. Quare hoc tempore, id est republica oppressa, simulacrum illud, quod ad Turnacum fuit erutum, in Galliam perlatum puto. Flagrantius frequentiusque adorata ob admirandam potentiam et opem præsentem, in qua tradenda in-

ge-

## AD TURNACUM INVENTA. 31

genii vires expertus est Apulejus. Omnibus hominibus, in rebus omnibus, domi, foris, mari, terra, auxilio aderat. Hinc votis adfiduis fatigabatur, tabulisque damnatorum per templa suspensis, honorabatur, magno pingentium quaestu. Inde quaerit Juvenalis Sat. XII. vs. 28.

*Pictores quis nescit ab Ifide pasci?*

Superfunt multa ejus monumenta per Gallias, nonnulla etiam ad Rhenum eruta. Scriptoribus Francis et Germanis idandum censeo, quod antiquitati dari scribit Livius, rerum Romanorum Scriptor gravissimus, Lib. I. in prooem. ut, miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciant. Illi namque Parisiorum originem, Regiam urbem, et regni caput dico, ad Ifidem referunt. Hi, oppidorum, montium, locorumque paene omnium nomina consimilia. In quorum numero Elias Schedius de Diis Germanorum Cap. 9. Pag. 227. Isenbergum ponit, nec non Islebiam, imo et herbam quam dicunt Eifenkraut. Addunt et alii Eifenach. Quod si autem verum volumus, unde, quaeso, Ifidis nomen ad Parisios pervasit antiquiores? Dico autem antiquiores eos, qui Julii Caesaris

faris adventu in Galliam priores fuerunt. Quo quidem tempore non urbis sed gentis id nomen fuit. Urbis namque illud nomen, quod olim Lutetiae erat, ea aetate coepit, qua plura Galliarum oppida gentis appellatione sunt dicta, de quibus Hadrianus Vale-  
 sius in Notitia Galliarum. Pag. 438. Non pervasit ergo a Romanis, non a Massiliensibus et Phocaeensibus, Massiliensium auctoribus. A quibus constat Graecorum numina ad proximos Gallos transmissa, non autem ad remotissimos. Remotissimi autem Turnacenses fuerunt, Scaldis amnis, (is finis Belgicae fuit) incolae a Massiliensibus, qui maris mediterranei littora insederunt, tanto spatio distantes, quanto universa Gallia patet. Accedit, quod illi a Phocaeensibus Numina Graeca acceperunt, de quibus Strabo Lib. IV. Pag. 180. Isis autem Aegyptiorum Dea Phocaeensibus, Massiliam coloniam deducen-  
 tibus, ignorata fuit. Non etiam a Suevis ad Belgas, quorum pars, ut auctor est Tacitus de moribus Germanorum Cap. 10, Isidem coluit, translata. Siquidem Suevi demum Augusto regnante ultra Rhenum traducti Vid. Sueton. in Aug. Cap. 21. a quo ante longissimo tractu sejuncti fuerunt, si tamen illo tempore, de

## AD TURNACUM INVENTA. 33

de eo enim contendunt viri eruditi ad eum Suetonii locum. Praeter illas autem, quas exposui, vias, nullam equidem invenio, qua Isidis cultus ad Parisios et Belgas penetrare potuit. Carolus Patinus antiquitatis, si quis alius, scientissimus in egregio opere de Numismatis ex aere mediae, et minimae formae pag. 385. ubi et Tristinum, clarissimis Galliae Scriptoribus adnumerandum, sententiae suae adstipulatorem collaudat, multa cumulat, ut Parisios urbem ab Iside dictam esse demonstret. Quare et cognomen Deae sollicitat, quae in Nummo Juliani et a Tertulliano *Paria* (si ea vera est scriptura, de qua multi dubitant) nuncupatur, quum tamen certum sit, eam *Phariam* esse, ab Aegyptia Pharo sic dictam, Ezechiele Spanhemio docente, quemadmodum id nominis adfines sibi litteras adsumserit. Turbam Phariam pro Isiaca dixit Tibullus Lib. I El. 3. Vs. 32. Quod autem a Parisiensium insignibus argumentum ducit his verbis Patinus: *Cl. Tristani illas conjecturas firmat navis, quam pro clypeo et scuto sibi habet Parisiensis civitas. In ea enim Isidis navigium repraesentatum arbitror, quod Aegyptii et Romani venerabantur, gratiam Isidi rependentes, quod vel navibus ducendis prima usa fuerit.*

C

Non

Non cogitavit, cum illa scriberet Vir praeclarus, istiusmodi urbium insignia, recentioris esse inventi, navium autem signa sumpta esse, (res enim haec arbitrii erat:) ab iis civitatibus, quarum navigationes per amnes aut maria celebratiora erant. Plura si velis de Isidis ad Parisios vestigiis antiquis, quae cum maxime ibi visuntur, et parentium, avorumque memoria spectata fuerunt, adeas, censeo, scriptorem vernaculum de religione Gallorum multa erudite disputantem Tom. H. Lib. 4. Cap. 22.

Ad extremum observandum, verba haec Taciti de morib. Germ. Cap. 9. *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent, Herculem et Martem concessis animalibus placant. Pars Suevorum et Isidi sacrificat. Unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum Liburnae figuratum, docet advectam religionem;* et quae porro de Gallorum Diis memorat Julius Caesar de Bello Gallico Lib. VI. Cap. 17. non ita esse interpretanda, ut eadem nomina Deorum, quae Romanis fuerunt, Germanis et Gallis fuisse credamus, sed sacra similia et convenientia. Numinis autem nomen, et rerum vocabula sua cuique genti manserunt. Verum et istud quae-

## AD TURNACUM INVENTA. 33

quaero, si Isidis nomen habuit inter Suevos Dea, cur Tacitus, originem sacri investigans, quam sibi incompertam dicit, non ex illo manifesto atque indubio nominis indicio arcessere maluit, quam ex ambiguo liburnae vel navigii signo?

Ad Turnacum reperta praeterea Attidis effigies et manus mystica, quam Pignorius exposuit in libello de magnae Deum matris Ideae et Attidis initiis. Quae quidem tanto magis dicenda hoc loco arbitror, in quo de Iside, quod ea initia partim ex Cybeles sacris, partim ex Isidis explicanda esse censuit, ratus, utriusque Deae sacra aliquando mista fuisse: Quam sententiam multis oppugnat Benedictus Banchinus de Sistris. Defendi tamen posse videtur ex Tertulliani libello, quem scripsit ad Senatorem ex Christiana religione ad Idolorum servitutem conversum. Certum est, inter utrasque Deas communia multa fuisse, fuisse omnia non ausim adfirmare. Dubitavi de pinu, quae propria Cybelae, sed strobilum Sistro, quod Isidis proprium, adpositum videbis apud Fabretum Syntagm. Inscr. Cap. 6. Pag. 490. In thesauro, qui anno **CICIDCLIII.** ex Chilperici Francorum Regis sepulchro ad Turnacum effossus, caput bubulum ex auro fuit, exhibitum

### 36 DE ISIDE AD TURNAC. INV.

in Joannis Jacobi Chiffletii Anastasi Chilperici Cap. 10. Pag. 141. flexis in modum Lunae cornibus, quae saepe deprendas in imagine Isis, quam dudum Aelianus de animalibus Lib. X. Cap. 27. ab Aegyptiis bubulis cornibus fictam pictamque memoravit.

DE

**DE DEA BURORINA  
ALIISQUE  
NUMINIBUS  
IGNOTIS  
INSCRIPTIONIBUSQUE.**





DE DEA BURORINA  
 ALIISQUE  
 NUMINIBUS  
 IGNOTIS  
 INSCRIPTIONIBUSQUE.

**M**isit ad me vir Celeberrimus Fr. Oudendorpius Inscriptionem antiqui lapidis, acceptam a Diderico Craiffelbergio, Viro Eruditissimo, Scholae Vliſſingenſis Rectore. Is solitus commeare Domburgum, quod oppidum sibi vicinum, ut monumenta vetustatis, quae multa in templo isthic adſervantur, contempletur, animadvertit forte lapidem frontispicio aedium hominis oppidani insertum, litterisque notatum. Quem ut antiquum repperit, exemptum inde suo aere redemit. Altus is est decem pollices, latus septem, crassus quatuor, colore cinereo, litteris uncialibus his :

C 4

DE.

40 DE DEA BURORINA ETC.

DEAE  
BVRORI  
NA QVOD  
VOTVM  
ESIT MAL  
VS PROS  
E SVISQVE

Miror indepreſum lapidem aliis, qui antiquorum monumentorum cauſa oppidum illud frequentare ſolent. Credendum autem, feſtinantibus ad notum locum, id eſt ad templum, lapidem illum praeteritum eſſe et neglectum, maxime quod ſubeuntibus lectio difficilior. Auctor lapidis hoc voluit. *Deae Burorinae quod votum eſt, Malus votum ſoluit pro ſe ſuisque.* Litterae E in verſu tertio poſt NA, et I in verſu quinto poſt MAL veſtigia obſcura apparent. Ara eſt aut baſis ſimulacri; cetero lapis votivus. Burorina Dea topica eſt. Tot autem topicae Deae, quot loca. Graeci et Romani Nymphas appellabant. Galli et Germani (in utroſumque numero Batavi, ſitu Galli, origine Germani) Matres, Matronas Romana voce, at ſua, ex Graeco et Romano

COR

## DE DEA BURORINA ETC. 41

corrupta, Mairas nominabant. Dabant iis praeterea loci nomen vernaculum, id est Gallicum aut Germanicum, in quo colebantur, quorum nonnulla loca hodie antiquam appellationem retinent. Matribus Vacallinehis, Rumehabus an Rumanehis sua loca tribuit Joh. Georgius Keyfserus in Antiquit. Selectis Septentrionalib. Pag. 271. 273. Matribus Brittis et Deae Hludanae cognominis agri et vici redditus sunt a me in Dissertatione de Brittenburgo Cap. 3. Pag. 21. 31. et 38. Quem agrum autem Burorinae Deae reddam, ignoro. Forte reperient illi, quibus agrorum, camporumque ad Domburgum nomina perspecta sunt. Possis et a *buren* id est vicinis arcessere; sic erit Dea Burorina Dea vicinalis. Ad Treviros, quod Galliae Belgicae olim caput fuit, in honorem domus divinae Dis Mairabus Vicani vici Pacis posuerunt nescio quid vid. Grut. Thesaur. Inscr. pag. 92. n. 1. Romani vicorum numina, quos Lares vocabant, mares maluerunt, quam foeminas. Fuit et Genio Vicano lapis consecratus ad Treviros vid. Muratorius Thesaur. Inscr. Pag. 97. N. 7.

Est et *buren* invisere vicinos, atque inde *buror* sive *buror* visitator, et *Burorina* visitatrix. In namque, *inne*, et pro varia dia-

## 42 DE DEA BURORINA ETC.

lecto Belgarum Germanorumque, *ine, ina*, foeminini Sexus terminatio est. Inde *God, Godinne: Koning, Koninginne: Vorst, Vorstinne: Gemael, Gemaelinne: Baes, Baesinne*. An inde Magnentii Imperatoris matri, quae filia fuit Regis Thuringiae, *Ba-sinae* nomen? Inde porro *Leeuw, Leguwin-ne*, aliaeque innumera. Latine loquentes adnectebant *a* litteram, quod iis foeminini vocabuli indicium. In numerum Dearum istiusmodi, id est Nympharum, referendae *Baduenna*, qua de Tacitus Annalium Lib. IV. Cap. 3. *Ardoina*, Gruterus Pag. XL. n. 9. et Pag. CCCXIV. n. 3. quam Gallorum Dianam fuisse censet Martinus *dans la Religion des Gaulois*. Tom. I. Pag. 25. et Tom. II. Pag. 43. qui et de *Bafina* Tom. II. Pag. 161. Pertinent porro eo *Nehalennia*, cujus plurimae arae in Zelandia ad *Domburgum* repertae, quas nemo nostrum ignorat. Nec non *Aufana* matrona, edita a Smetio in Antiquitat. Neomag Pag. 93. et Spon. Miscell. Erud. Antiq. Pag. 107. ut et *Tahfana* apud Tacitum Annal. Lib. I. Cap. 51. atque apud eundem *Aurinia*, de moribus Germanorum Cap. 8. an et *Ganna* ἐν τῇ κελτικῇ διάζυσα, quod de ea Dion Cassius Lib. LXVII. Pag. 761. vates ea erat, quae cum *Veleda* adducta fuit ad *Dom-*  
*mi-*

## DE DEA BURORINA ETC. 43

midianum Imperatorem. De Halirunis et Alrunis multa Keysslerus Pag. 461. seq. Si Isaaco Vossio credimus, affirmanti in Observationibus ad Melam. Lib. III. Cap. 6. Barginae dictae fuerunt foeminae sacerdotes, Bargi mares in insula Oceani, littori Gallico proxima. Imitati Germani, ut in rebus multis, Graecos, in quorum lingua *Θεράπων* cultor, *Θεράπινα* cultrix, *λέων* Leo, *λέαινα* Leaena, *λύκος* Lupus, *λύκαινα* Lupa, *Λάκων* Laco, vel Lacedaemonius, *Λάκαινα* Lacaena vel Lacedaemonia. De nomine Burorinae hoc adjicere liceat, vestigia ejus in nonnullis Britanniae Galliaeque antiquis oppidorum vicorumque vocabulis deprendi. In Britannia Tabulae Peutingerianae memoratur Burolevo, Buroararus, In Gallia, atque in regione Combiacensium Buro, alibi reperies Buronum, Burocontoro, Burocassio.

Exposito Deae nomine, ad votum propero. Sequitur in lapide, QUOD VOTUM ESIT. Aut ESIT quadratarii est error, aut ab *esum* est deductum, quod vetustioribus usurpatum fuit pro *sum*: notatumque est Varroni de Lingua Latina Lib. VIII. Pag. 121. utrumque est ab *εἶμι* et *ἔω*, quod et nonnulli *ἔσχω* dixerunt, ut *εὐρίω εὐρημι*, et *εὐρίσχω*. Futurum eorum ter-

#### 44 DE DEA BURORINA ETC.

terminabatur in *ēōu*. Inter Graecos tamen magis valuit *ἐρομαι* futurum, quod ab *ἐσ* est, at vero Latini prisca *esō* probarunt, et *essō*, soliti geminare litteram S, unde et *essem* et *esse* dixerunt; Seriores, littera R suscepta, qua illi carebant, *ero* probarunt. Fuit ergo dubium aliquando Romae, *esis* et *essis* si dicas, tempus praesens an futurum significes; *escis* vero semper praesentis fuit. Liquet hinc falsi eos, qui *escit* futuris accommodarunt, quod factum in hoc Lucretii Lib. I. vs. 613.

*Ergo rerum inter summam minimamque quod essit.*

Praefero autem ibi *essit*, quod alia futura praecedunt, sequunturque *constabunt*, *habebit*, *perfiniet*. Non tango alia loca, quae ex Festo atque ex Gellio proferuntur a Viris doctis de vocabulo *escit*, et maxime a Vossio Analogiae Lib. III. Cap. 36. nec non in Etymologico. Hoc constare puto ex iis, quae dixi, *esit* pro *est*, quod in hoc lapide sculptum, usurpatum aliquando fuisse Romae. Usurpatum autem fuit non promiscue, atque in vulgo, sed ab Antiquariis, quorum meminit Suetonius in Aug. Cap. 86. Cujusmodi hominum

num genus nulla unquam sermonis Latini aetate defuit Romæ, in municipiis, aut in provinciis. Nec credo plura vocabuli illius exempla defutura fuisse, nisi ea librarii corripissent in libris manu exaratis, ut varie ea corrupta sunt in illis locis, quae Cicéro, Lueretius, Festus, Gellius nobis reliquerunt.

Malius nomen, quod proximum est, varie tentare licebit. Si integrum, et intaminatum serves, illud pro Mallio dictum opinaberis, more illorum, qui litteram L aut simplicem aut geminam dabant. Mallius autem probum nomen est. Verum si distrahes hoc modo MALI. V. S. id erit Malius votum solvit. Sin ita disjungis M. ALLIVS, aut M. ALLI. V. S. Marcus Allius votum solvit. Aut denique M. A. LI. V. S. tum erit, Marcus vel Marius animo libente votum solvit. Quidquid autem illorum probes, non defore puto quaerentibus exempla, quibus et illae verborum notae, illaque verborum structura, et collocatio firmentur. *Animo libente* est apud Reinesium in Syntagm. Cl. I. num. 274. Vulgatissima formula et notatio haec est. V. S. et V. S. L. M. quam tamen varie mutatam reperiās, adjectis, detractis, trajectis litteris. Neque defunt monumenta, in quibus illae litterae omnes sunt omissae.

Mit-



## 46 DE DEA BURORINA ETC.

Mitto caetera, mitto etiam clausulam illam *pro se suisque*, qua nihil vulgatius, et obvium magis, in marmoribus antiquis.

Quaeret aliquis haud dubie tempus, quo posita et consecrata fuit haec ara. Quamquam manifestum temporis indicium nulum est, non deest tamen conjectura, quae ad tempus illud nos ducat. Observatum est Sponio Miscel. Erud. Antiq. Sect. 3. n. 106. Matrum id est Dearum exterarum cultum, coepisse altero Imperii Romani saeculo. Ad illud ergo tempus referendum existimo eum lapidem, aut ad duo saecula proxima, quibus primum imminutus, mox et extinctus fuit per has terras Deorum cultus, periitque imperium Romanis. Si causam quaeris, cur tum demum valuerit ille cultus Numinum peregrinorum, et mos monumenta iis consecrandi, causam dico fuisse civitatem Romanam, altero saeculo effuse datam fociis populi Romani, et tandem cum omnibus provincialibus communicatam. Quo jure dato humana omnia et divina inter eos communia esse coeperunt. De Batavis, quorum in numero id temporis Zelandi fuerunt, mihi compertum esse reor, eos omnes, qui quidem aut scriptoribus antiquis, aut monumentis memorantur, cives Romanos fuisse.

Cu-

## DE DEA BURORINA ETC. 47

Cujus rei indicium faciunt Romana eorum omnium nomina, quibus accedit testamenti factio nonnullorum, imo et Tribus Romana. De Walachria insula, in qua Deae Burorinae ara reperta fuit nuper, hoc addere liceat, cum in ea tot antiquissimorum Romanorum monumenta supersint hodie, tot vestigia spectentur, non vilium aut de plebe hominum, sed nonnulla etiam lautiorum, quot in multis Germaniae inferioris, addo et Galliae regionibus, frustra quaeras, in quibus magna olim militum, mercatorum aliorumque hominum copia versata est: Cumque ea res demonstret, olim Romanorum non exiguum hominum multitudinem in ea insula fuisse, saepe animum subiit admiratio, esse viros doctos, qui opinentur, ei insulae miserandam eam fortunam Cauchorum convenire, quam deflet Plinius Natural. Histoy. Lib. XVI. Cap. 2; Ubi *miseram gentem* dicit, *cui Fortuna in poenam pepereit. Ubi Oceanus, aeternam aperiens naturae controversiam, dubiumque, terrae sit, an pars maris.* Ita illa verba legenda puto, quae in vulgatis libris aliter edita videas.

Quod ad ossa attinet cadaverumque reliquias in Sarcophago ad Domburgum paucis abhinc annis, anno nempe ccccxcxlviii: (Vide

## 48 DE DEA BURORINA ETC.

(Vide antiales *Jaarboeken* Februarii mensis ejusdem anni :) patefactas ab Oceani fluctibus in littore Domburgensi, non ea Romanorum fuerunt, sed Gothorum, neque temporis antiquissimi, sed ferioris, quorum in proximo littore sedes ostentantur, et nomine appellantur *de sive der Gotten woonstede*. Animadvertisse autem videor, inde a vetustissimis temporibus, iisque, quae Romanorum in iis terris Imperio priora fuerunt, freti Britannici littus utrumque, longo tractu, habuisse Gothos, id est Sinus Codani insulanos accolaeque: quorum in numero olim et Saxones fuerunt, qui Saxonico littori nomen dederunt, quod auctori Notitiae imperii Orientalis et Occidentalis memoratum. Ad piraticam artem illi, et ad latrocinia, quam ad agenda commercia proniores fuere. Quisque intelligit ab iis diversos fuisse Danos, qui Duce Hemmingo Walachriam tenuerunt. Durarunt illorum sedes (si tamen sedes nominandae tabernae in littore) ad id tempus, quo Hanseatico foedere sociatae civitates maria ac flumina, praedonibus deletis, negotiationibus aperuerunt. Quo tempore similes tabernas ad Gothorum littora Gelri, Hollandi, Transisalani transtulerunt. Sirtus ille a Gothis circum-

fu-

fufis Codanus (quæ vox eadem Gotanis five Gothanis littera G in C et in D, quæ cognatæ sunt, mutata) est appellatus, ut Perficus finus a Persis, certe Arabicus ab Arabis. Inde et Codanovia insula Melæ dicta, Lib. III. Cap. 6. vocabulo varie tentato a viris eruditis. Nonnullæ dein gentium earum amiserunt Gothorum nomen, sed conservarunt illic Sueci, qui Gothlandiam colunt, hic Dani, sed nonnihil corruptum, qui Jutlandiam. Utramque Chersonesum adierunt Hollandi, Gelri, Frisii, Transisalani; Gothiam Suecicam potissimum Waldemaro Rege, id est Gothorum regionem, Saeculo quarto decimo. Gothiam Danicam, semper et adfiduo. Ripæ, quod regionis caput, retinent hodie dum nomen inditum vico, *de Groninger Straet*. Habent etiam Ripensia nomina Groningani caeterique Frisii. Ostenduntur præterea in his terris nummi Gothorum. Quorum alii Gothorum aliorum sunt. Natio namque illa, quæ perampla fuit et ingens, in varias gentes distributa erat, quæ occidentale Romanorum imperium deleverunt, in iis Ostrogothi et Westrogothi, five Visigothi, caeteris sunt clariores. Nummos illorum a plerisque contemni videas, quibus nulla nisi Graeca et Romana placent. Novem decemve ex auro inventi fuerunt ad *Voorbout* Rhénolandiae pagum, quem sua

## 50 DE DEA BURORINA ETC.

cura dignatus est Vir doctissimus Joachimus Oudanus. Vid. *Roomſche mogentheit* Pag. 43. variam tentans explicationem. In eo caput est Regis Barbari laureatum hoc titulo, hinc DNINVVDOVS NIMAV. Illinc MVNVS DIVINVM. Extricabis facile, si Gothicum Regem fuisse existimes: Qui Reges sueti Romanorum Caesarum, quorum provincias firmissimas, ipsam etiam Romam armis suis occuparunt, insignia et nominum honores nonnullos sibi adſciſcere. INVVDOVS inde DN id est *domini noſtri* prænomen recepit, et coronam lauream. Illi Gothi Gothiae suae (quo nomine regnum in Gallia constituerunt) Tolosam voluerunt esse caput, monetam vero Nemausi, quae posterioribus Nimausus est dicta, unde hodie *Nimes*. Scriptura nummi *ΒΑΣΙΛΕΥΣ* est. Illa, in qua Regis nomen, versus dextram ducta est, altera vero retrogada, sive versus sinistram. Cujusmodi scripturam in nummis Francicis etiam advertas, quae Marii Victorini aetate (vide Putschii Grammaticos veteres pag. 2499.) Rusticorum fuit; unde ea ad monetarios translata, homines illiteratos. Cum haud ita pridem Noviomagi essem, Joan. Matth. Buffy de Rabutin, vir Nobilitate generis non magis, quam humanitate memorandus, ostendit mihi nummum hunc. In



In eo Totile est, qui Totilas Romanis  
Graecisque scriptoribus dictus. Caput ra-  
diatum est de more Romanorum Imperato-  
rum; nomen corona ex quercu ambit, quae  
et in nonnullis illorum nummis, hoc addito  
elogio OB CIVES SERVATOS. Totilas  
ille Rex Gothorum fuit, magnis virtutibus  
praeditus: Qui imperante Justiniano in Italia  
cum Belisario certavit, Romamque expu-  
gnavit; dignissimus, cujus memoria edito  
hoc nummo celebretur. Multa de eo Pro-  
copius de Bello Gothico Lib. 3 et 4.

Dum illa scribo, en ubi ab Amplissimo  
viro Cornelio Valerio Vonckio lapidis an-  
tiqui titulus, quem Colonia Agrippinensi re-  
dux attulerat, ornatorem Explanatione

## 52 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.

Viri plurimum Reverendi et Doctissimi Josephi Hartzhemii. Illa Explanatio edita fuit nonnullis abhinc annis; cognita vero paucis hominibus, certe iis ignorata, qui Inscriptionum Thesauros et Syllogas publicaverunt: In quorum numero praecipue memorandus Antonius Muratorius.

Quare faciendum existimavi, ut praeclarum illud vetustatis monumentum, paucis perspectum, cum pluribus communicarem; ostenderemque, quantum debeam Vonckio Viro Summo, ob prolixam in me benevolentiam, qua inductus mecum impertivit, quidquid rerum vetustarum sibi est; est autem ei plurimum. Lapidis inscriptio haec est.

MANIAE INFER  
TEM HISPANIAE CITER  
TFDVBITATVS STRATEIV  
MALPINIVS FIRMANVS  
PAELIVS MARINVS  
PIVLIVS MEMORI  
OO LEGIMINER  
PRAESIDI SANCTISSIMO

La.

## INSCRIPTIONES ANTIQUAE. 53

Lapis est marmoris nigri, quod nascitur in Ducatu Bergensi. Exstabat in templo vici Herfelli, qua via publica Bonnam Colonia ducit. Quae supersunt literae, hoc significant:

*Germaniae Inferioris*

*Item Hispaniae Citerioris*

*Titus Flavius Dubitatus Strator ejus*

*Marcus Alpinus Firmanus*

*Publius Aelius Marinus*

*Publius Julius Memorius*

*Centuriones Legionis Primae Minerviae*

*Praesidi Sanctissimo.*

Hartzhemius superiorem lapidis partem, deletis literis, asperatam putat ab operariis. At vero mihi Praesidis Sanctissimi nomina erosa videntur ob damnatam ejus memoriam ex lege Majestatis, quod Plinius minor eorum dixit crimen, qui crimine vacabant.

Si vera est conjectura mea, quam facio ex nominibus T. F. id est Titi Flavii: (Flavium autem significari, idem vir doctus opinatur;) profecta illa nomina sunt a Titō Flavio Domitiano, cujus ille Dubitatus nomina gerit, quod Imperatoris ejus beneficio civitatem Romanam adeptus fuit; de



## 54 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.

quo mote disputavi nuper in libello de mutata civium Romanorum sub Principibus ratione Cap. 6. et in Monumento Dodenwerdensi Cap. 1. pag. 215. 216. Truculentiam Domitiani in exercenda illa lege notat Suetonius Cap. 11. *Quosdam Majestatis reos in curiam induxerat. Et cum praedixisset, experturum se illa die, quam carus Senatui esset, facile perfecerat, ut etiam more majorum puniendi condemnarentur.* Quibus adde, quae mox sequuntur, et quae paullo ante praemisera. In iis et hoc, Cap. 10. de Junio Rustico, qui occisus ob id, quod Paetum Traſeam et Helvidium Priscum, **VIROS SANCTISSIMOS** appellasset. Plura commemorat ex Dione Xiphilinus Lib. 62.

Verum hinc ad marmor Herſellienſe revertamur. Tanto ergo opportunior criminantibus et delatoribus Praeses fuit, cujus nomina deleta fuerunt in hoc lapide, quanto major et illustrior erat **SANCTITAS** ejus, quam Strator illius, et Centuriones hoc titulo praedicant, **PRAESIDEM SANCTISSIMVM** nominantes.

Haud ita pridem Leidae inventus fuit lapis vetustus, ab Imperatoribus, Septimio Severo, et M. Aurelio Antonino, qui vulgo Caracallae nomine fertur, positus. Apparent vestigia erasi nominis, quod haud  
du-

## INSCRIPTIONES ANTIQUAE. 55

dubie Getae fuit, cujus memoriam a fratre damnatam fuisse novimus. Hartzhemius ob Publii Aelii Marini nomina ad Aeliorum Imperatorum tempora Herfelliense monumentum refert; quos quatuor fuisse dicit, additque, Aelium illum fuisse hominem libertinum. Sed quis Centurionem libertinum Aeliorum saeculo tulit?

De suo saeculo Impp. Theodosius et Valentinianus in L. 2. C. Th. de libertis. *Ipsos vero, qui manumissi sunt, nulla ratione ad ullum, quamvis humilis militiae locum, sinimus admitti.* Quare dicendum, P. Aelium Aug. Lib. Marinum, qui Flaviae Valentinae uxori monumentum posuit Romae, de quo Gruter. DCIII. 9. alium esse, quem eundem censuit Vir Doctissimus. Quod si Centurio ille P. Aelius ab Imperatore accepit nomina, is Imperator Aelius Hadrianus sit oportet. Ei namque Publii praenomen convenit, non item caeteris. Fallitur praeterea Vir Doctissimus in eo, quod Nervam et Trajanum Aeliis accenset, L. Aelium Verum omittit. Sed revertamur hinc ad lapidem.

TEM editum pro ITEM ab illo, qui non vidit columnam litterae T altius erectam, id quod factum in vetustis lapidibus quam plurimis. STRATEIV conjuncte editum a Viro Docto, qui proprium hominis nomen existimabat. Sed tu noli dubi-

## 56 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.

tare, distinguendum hoc modo STRAT  
id est STRATOR EIVS. ut apud Gruterum Pag. CCCLXXXIX.

T CLAVDIO CANDIDO COS  
XVVIR SF LEG. AVGG  
PR PR PROVIN. C. H. C.

Et nonnullis interjectis.

SILIVS HOSPES HASTATVS LEG. X.  
GEMINAE STRATOR EIVS  
OPTIMO PRAESIDI

Addidi illa, quia in iis congruunt plura Saxo Herfelliensi, hoc etiam, quod versus primus, qui nomina Praefidis habebat, vitiatum erat, ac paene deletus; quae causa est, cur varie ab Editoribus exhibeatur. S detractum in fine vocis EIVS ex consuetudine nonnullorum Veterum, qua de re differui in Dissert. de aetate et stilo Flavii Aviani Cap. 20. Stratores qui fuerint, haud pauci tradiderunt. Legatis Augustalibus, ut ex Monumentis, quae modo proposui, cognoscimus, sui Stratores fuerunt, non tamen sui Proconsulibus, qui militum ministerio, vice Stratorum, utebantur, teste Ulpiano in L. 4. §. 1. D. de offic. Pro-

## INSCRIPTIONES ANTIQUAE. 57

Procons: Miles Strator Praetoris est apud Comitem Carolum de Malvasia in Marmor. Felsin. Sect. V. Cap. 14. Pag. 304. Et Strator Aedilis apud Muratorium in Thesaur. pag. XL. n. 5.

Multa erudite disputat Cl. Hertzhemius de legione prima §. XXII. pag. 36. plura aliis disputanda relinquit. Agathodaemon, qui Latine Ptolemaei tabulas dedit, in Tabula Europae IIII Hiberna Legionis ejus ad Bonnam fuisse significat. A Ptolemaeo id acceperit, an a Tacito, incertum. Hoc constat, in Ptolemaei libris id frustra nunc quaeri, reperitur tamen in Taciti Histor. Lib. IV. Cap. 25. ubi bellum Batavicum narrat, a Cereale cum Claudio Civili gestum. Memoratur etiam tempore Tiberii in civitate Ubiorum hibernasse, ab eodem Annalium Lib. I. Cap. 37. in quam deinceps Agrippinensis Colonia deducta.

Quam diversae autem illae legiones fuerint, distinguendaeque a prima Minervia, quam Dion a Domitiano, et a prima Adjutrice, quam a Galba institutam docet, inquirant alii, quibus otium est.

## **58 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.**

Non tempero, quin adponam hoc loco Inscriptionem aliam, quae usque adhuc latuit. Profero autem eam cum ob alias causas, tum praecipue, ut gratias agam Viro Clarissimo Augustino Aldenbruch, Auctori Dissertationis elegantissimae de Religione antiquorum Ubiorum, qui eam Inscriptionem mecum communicavit.

DEO INTARABO  
EX IMPERIO Q  
SOLIMARIVS  
BITVS AEDEM  
CVM SVIS ORNA  
MIINTIS CONSA  
CRAVIT L M

Acceperat illud monumentum Vir Egre-  
gius, ex Alexandri Wilthemii provinciae  
Gallo-Belgicae libro M. S. depromptum, in  
quo Luciliburgensia continebantur. Adjicit  
autem, Deum Intarabum fanum habuisse  
in vico Nierobach, Toparchiae Bruchianae  
Broeck, cujus reliquiae ad suam usque me-  
moriā duraverunt, asportatis subinde gran-  
dibus faxis in aedificorum usum: Tandem  
anno MDCXIX. excussum aratro eum la-  
pidem, cujus titulus posteritatem docuit,  
acer-

## INSCRIPTIONES ANTIQUAE. 59

acervum illum lapidum olim Intarabi factum fuisse.

Est autem ille Intarabus Diis ignotis accensendus : Neque enim quisquam ejus mentionem fecit. Quare non illum priscum et communem Gallorum Deum fuisse, existimo, sed talem, qui in illo populo, a quo colebatur, ob virtutem coelestibus fuit adjunctus, qualem Verjugodumnus et Mortasgum ostendimus in Monumento Dodenwerdensi pag. 221. quibus nunc ad Dulovium ex Sponii Miscellan. Erudit. Antiquit. Pag. 46. Id quod in altero monumento nomen viri, in altero Dei est. In eo ergo hi Gallorum Dii a Deabus ejusdem nationis discrepant, quas Matres, Matronas et Mairas nominabant, quod iis inditum nomen a loco originis, id est, in quo primum erant consecratae.

Illud porro observandum Solimarium esse nomen Gallicum et hominis Galli. Id quod me induxit, ut credam, ab eodem nomine Solimaram esse dictam, in hac epigraphe, quae Avarici Biturigum inventa.

SOLI MARAE  
SACRVM  
AEDM CVM SVIS  
ORNAMENTIS  
FIRMANA C. OBRICIF.  
MATER  
D. S. D.

De

## 60 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.

De qua vir Illustris Josephus de Bimard la Bastie pag. 50. in Diatriba de Diis quibusdam ignotis, quam Antonius Muratorius Thesauro suo Inscriptionum praemisit. De ea contenderunt Viri Eruditissimi, hoc censente, fuisse eam hominem. Vid. pag. CXIII. illo, Deam. Adjicit Muratorius, Inscriptionem eam ingenia Bituricensium diu exercuisse. Ipse recordor mihi olim disputata de illa ara; cum maxime autem Solimaram Deam fuisse puto, non ex Nympharum, quas Matres et Matronas nuncupaverunt, genere, sed ex earum numero, ex quo Aurinia, Baduenna, Veleda, Tarsana apud Germanos, Ganna apud Britannos, quas constat fuisse foeminas divinas, et praesentia Numina, cum viverent. Nec dubitandum, quin post mortem fuerint consecratae. De Veleda haec Tacitus Historiar. Lib. IV. Cap. 61. *Ea virgo, nationis Bructerae, late imperitabat; vetere apud Germanos more; quo plerasque foeminarum fatidicas, et augefcente superstitione arbitrentur Deas.* Et de Moribus Germanorum Cap. 8. *Vidimus sub Divo Vespasiano Veledam, diu apud plerosque Numinis loco habitam; quibus et haec de Aurinia subdit. Sed et olim Auriniam, et complures alias venerati sunt, non adulatione, nectanquam facerent Deas.* Alibi demonstravimus,

## INSCRIPTIONES ANTIQUAE. 61

mus, Matrem in ea inscriptione non cognitionis, sed Sacerdotii esse vocabulum. Illustrius Bimardus in Diatriba Cap. 10. formulae *ex imperio* rariora exempla esse scribit, quam *ex jussu*: Sunt tamen illa satis frequentia. Et si attendimus, habet illa *ex imperio* aliquid amplius, et augustius, quam *ex jussu*, *ex visu*, *monitu*, quae solennia sunt. Haec humana sunt, illud proprium Deorum, quod per auspicia communicabatur cum Ducibus illis, qui Imperatores appellabantur.

Supersunt aliae, ignotorum Deorum arae, quas cum maxime non tango. Non tamen silentio praetereundus nobis Mars Halamardus, a Gelris olim cultus; imo vero ex loco obscuro in lucem proferendus. Memoratur ille a Joanne Knippenbergio in Historia Ecclesiastica Ducatus Geldriae, sed omissus ab omnibus iis, qui monumenta vetusta conquiverunt. Tu vide Lib. I. Cap. 2. Pag. 21. ubi aram exhibet hoc modo inscriptam.

MARTI  
HALAMAR. D.  
SACRVM  
T DOMIT. VINDE  
D. LEG. XX. V. V.  
V. S. L. M.

Per-



## 62 INSCRIPTIONES ANTIQUAE.

Perquam suavia sunt, quae addit Knippenbergius. *Etiam aliud, inquit, Romanae vetustatis documentum in vico Hornano, prope Ruremundam, adstatque lapis quadratae formae, ad latus meridionale Ecclesiae infixus. Quae quidem Inscriptio magna ex parte cum sat perspicua sit, in aliquot tamen litteris, ob annosam cariem fugientibus, sat obscura. Interpretatio tamen subsequens, calculo etiam pereruditi Domini Joannis Buchels, qui Bibliothecae Electorali Dusseldorpii praeest, probata prae caeteris placet. Marti Halamar Dedicavit Sacrum Faciendum Domitianus Vindex Centurio Legionis Vicefmae Votis Vicennialibus Vivus Sibi Legavit Monumentum. Si quid mihi creditur, haec fuit scribentis et votum solventis mens. Marti Halamaro (O in D transiit culpa describentis) Sacrum Titus (altera pars T prioris perit) Domitius Vindex Centurio Legionis Vigesimaе Valentis Vindexis Votum Solvit Lubens Merito. Diis Romanis in Gallia, perque alias provincias cognomina esse addita a locis, nullus ignorat; ibi in proximo etiam nunc pagus est et Arx, cui *Helen* nomen.*

SUM.

# SUMMA ILLORUM, <sup>63</sup>

## QUAE DE

### GEMMA BENTINCKIANA.

**J**uppiter Olympius, Cretensis. Serapis  
 Coeli Terrae atque Inferorum Deus.  
 Fulmen Coeli Symbolum, Aquila Aetheris.  
 Aquila custos Sceptri Jovis. Scandit so-  
 lium Jovis. Serapis cur modium capite ge-  
 stat. Modius cur frugibus repletus: Tel-  
 luris signum. Cerberus Inferorum Symbo-  
 lum. Mare Inferis accensendum. Modius  
 gestamen Numinum Aegyptiorum. Perpe-  
 ram alii modium Serapidis situlam nuncu-  
 pant. Serapis an Joseph. Macrobius ex-  
 positus. Sinopensium Deus. Nummo lux.  
 Pantheum. Loti quae forma. Loti radix  
 mali forma. Cur papaver dicta. In Ae-  
 gypto optimae lentes. Serapis Deus unus  
 et solus. Gemmae expositae. Serapis pro  
 Jove et sole cultus. Deus omnium com-  
 munis ὁμοῖος. Lapis Trajectinus illustratus.  
 Deo uni nullum nomen. Juppiter Arcanus  
 quis? Samaritani, Judaei, Christiani cur  
 visi non abhorrere a Serapide? Flavius Vo-  
 piscus expositus: item Imp. Hadriani epistola,  
 nec non Aristeas et Josephus. Ptolemaeus  
 Philadelphus quid Serapidi tribuit. Judaei  
 cur Serapeum Alexandriae frequentarunt.  
 Co-

*Codicis Veteris Testamenti olim vitata scriptura. Haeretici pro Christianis habiti a Paganis. Gemma illustrata. Basilidiani hominis amuletum. Quae religio, et qui Deus communis inter Christianos et Paganos. Divinitas in Inscriptione Constantini quae censenda. Serapidis templum a Christianis in Ecclesiam conversum. Julianus cur Serapidem coluit? Serapis Philosophorum Deus. Serapis in Nummis Juliani, Quis Reciniatus Juppiter. Recinii forma varia. Solii forma. Quae Plinii mens. Quae statuae Deorum in digitis gestatae. Quando Serapis Romae celi coepit, quando desijt.*

SUM-

# SUMMA ILLORUM, QUAE DE ISIDE.

**S**imulacra antiqua ad Turnacum inventa. Quae praecipua in hoc Isidis simulacro. Serapis et Isis juncta Numina. Isidis descriptio. Isis Luna. Muratorii Isis an Fortuna? Isis quae Fortuna. Qui ejus capilli. Diversi Numinum capilli. Numinum Pseudes. Isidis πλόκαμος. Foeminae simulabant Isin; ut Cleopatra. An et Sabina Hadriani? Isidis corona multiplex: Pectus nudum. Vestis linea. Byssus ex lino. Color vestis Isidis. Isiaci linigeri. Anguis et vipera comites Isidis. Quae Thermuthis. Ea translata ad Basilidianorum monumenta. Ἀγαδοὶ Δαίμονες qui Phoenicibus. Κνὸς Aegyptiorum. Cujusmodi Serpentes in deliciis Romae. Quomodo caput aspidem et animantibus redimitum. Abr. Gronovii laus. Valerii Flacci versus tentatus. Ἰο Aegyptiorum Isis. Isis quomodo capide aspidem portarit. Serpens ore Accipitris Aegyptiorum. Omnia Isidis varia fuerunt. Quando Isidis cultus pervenit ad Gallos. Peregrinantes secum Deos circumferabant. Quando Isidis cultus Romae coeptus. Variarum ejus vices. Varia auxilia. Cur dicatur a Juvenale pictores pascere. Multa ejus monumenta per Galliam et Germaniam. Parisii

E

rifi

*risii an ab Iſide dicti? Item Iſenburg, Iſebia  
 etc? Pariſii gentis nomen. Quando Iſidis  
 nomen et cultus ad Gallos et Romanos per-  
 venit. Maſſilia Numina Graeca a Phocaeën-  
 ſibus accepit. Iſis quando ad Suevos perve-  
 nit. Quando Suevi in Galliam traducti.*

**SUM-**

SUMMA ILLORUM,  
 QUAE DE  
 DEA BURORINA, ETC.

**C**ruisselbergii Laus. Lapis Domburgensis nuper inventus. Deae Burorinae Ara. Ea Dea topica. Topicae sunt Nymphae. Batavi situ Galli, origine Germani. Deae topicae Gallis Germanisque Matres, Matronae, Mairae sunt appellatae. Matres Brittae et Dea Hludana quae. Burorinae etymon. Treviri caput Galliae Belgicae. Latres Romanis mares, Gallis foeminae. Buren quid significet. Ine, inne foeminei sexus terminatio. Basina, Baduenna, Nebalennia, Aufana, Aurinia, Ganna, Barginae. Germani Graecos imitati in sexus foeminei nominibus designandis. Burorinae nominis vestigia antiqua in Gallia et Britannia. Esum pro sum ab *ēu* et *ēow*, item *eso*, *ero*, *essē*, *esse*, et *estit*. Lucretii versus expostus. Antiquarii qui. Semper nonnulli Romae, in municipiis et coloniis usi vocabulis exoletis. Mallius vox varie tentatur. Animo lubente pro lubenter in lapidibus vetustis. Pro se suisque obvium in monumentis. Matrum Dearum cultus posteaquam coeptus, Romanis et foetis communia Numina culta.

*Batavi, Zelandi cives Romani. Monumentorum Romanorum multitudo in Zelandia. Locus Plinii de Cauchis expensus. Ii Cauchi non habitarunt in Zelandia. Offa ad Domburgum inventa quorum. Der Gotten woonstede ad Domburgum. Gothorum sedes in Walacbria Zelandiae. Saxones sinus Codani incolae et accolae. Qui Saxones Saxonici litoris incolae in Gallia et Britannia. Quamdiu durarunt Gothorum sedes per nostratia Oceani littora. Hanseatici piratas excluserunt ab Oceano. Gelrorum, Hollandorum, et Transsalarum tabernae et sedes ad mare Balticum. Sinus Codanus unde dictus. Codanovia insula quae Melae dicta. Gotlandia Sueciae, jutlandia Daniae a Gothis nomen habent. Hollandorum, Gelrorum, Frisiorum, Transsalarum navigationes crebrae in Daniam Sueciamque. Gothorum nummi in nostris terris inventi. Eorum unus expositus. Gothorum Reges Romanorum Imperatorum insignibus usi. DN in nummis Gothorum. Tolosa caput Gothiae seu Regni Gothici in Gallia. Nimaui. id est Nemausus nunc Nimes in Gallia. Scriptura ΡΕΤΡΟΦΝΔΟΣ in nummis Francicis et Gothicis. Monetarii illiterati in Gallia. Nummus Totilae Gothorum Regis. Corona querna in nummis Romanorum et Gothorum. Totilae Gothorum Regis Laus. Laus Cornelii Valerii Vonce-*

*Vonckii. Inscriptio Lapidis vetusti exposita. Nomen erasum in Lapide damnatum majestatis significat. T. F. id est Titus Flavius. In Lapide Leidenst Getae nomen deletum. P. Aelius id est Aelius Hadrianus Imperator. STRATEIVS id est Strator ejus. S finalis detrabebatur vocabulis. Strator Praetoris, Legati, Aedilis. Agatbodae-  
monis Tabula tentata. Legionis primae Minerviae castra ad Bonnam. Augustini Aldenbruchi Laus. Inscriptio ante non edita. Intarabus Deus ignotus. Gallorum Reges consecrati, et pro Diis culti. Solimarius nomen hominis et Dei. Solimara qualis Dea. De Velea et Aurinia. Ex imperio, ex jussu in Lapidibus quid. Mater id est sacerdos. Martis Halamardi Ara. Ejus inscriptio emendata.*

---

Pag. 32. lin. ult. tempore adde traducti.

Pag. 47. lin. penult. sarcophago leg. sarcophagis.

Pag. 53. lin. 17. erosa leg. erasa.























